

Philipp Hartmann Arnold Mönnich

Disputationem Hanc Metaphysicam. De Ente

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729462285>

Druck Freier  Zugang



RU phil 1637
Philipp Hartmann
Anna Wönnich

In Nomine JESU
DISPUTATIONEM HANC
METAPHYSICAM.

DE

E N T E

Spiritu Sancto Adjuvante

*Amplissima Facultate Philosophica permittente
exercitij gratia*

Publico & placido examini subijcient
in Academia Rostochiensis

M. PHILIPPUS HARTMANNUS

Lubenâ Lusatus. PRÆSES

&

ARNOLDUS Mönnich / Lip-
pia-Westphalus Respondens.

In

Auditorio Majori die 10. Junij.

Πάντα τις δόξαντες θεῶν



ROSTOCHJ,

Prælo NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M DC XXXVII.

SACROSANCTÆ TRINITATI PATRI FI-
LIO ET SPIRITUI SANCTO

DEO vero & æterno

& deinde

Præceptoribus meis & Promotoribus æternum honorandis
Spectabili Dn. DECANO venerando Dn. Seniori
& cæteris Facultatis Philosophicæ in Academia
Rostochienſi, celeberrima, Professoribus meritiſſimis.

Viris Excellentissimis: Clarissimis, Experientissimis, &
omni doctrina & eruditionis laude eminentissimū.

Ut &

Reverendis & Eximijs Dnis MAGISTRIS Com-
petitoribus meis & fautoribus plurimum honotandis.

Hanc Disputationem consecro.

Tibi ô æterne DEUS primum primitias hæc meas offero tua beneficia
summa cum gratiarum actione predicans, quod ad hanc metam studia
mea clementer direxeris: aspice benigno vultu hæc tenuia, adjuva gratia
tuâ, felicitate studia mea quò tuo Nomini sint gloriosa & proximo proficua
& condona mihi in omnibus Spiritum Sanctum Spiritum veritatis quò
me ducat in omnem veritatem. Dein & Vobis Spectabilis Dn. Decane Se-
nior & c. Professores eminentissimi hanc Disputationem offero: vestra in
me, id efflagitant merita. DEO enim iravolente & ordinante, summum
honorem Philosophicum per Virum CL. & Excellentiss. Dn. M. Johane
nem Huswedelium Ethices P. P. præceptorem & promotorem meum summe
colendum mihi & peregrino & medijs necessarijs destituto gratuito contu-
listi; qua vestra eximia benevolentia ad omnem posteritatem propagan-
da & summe predicanda est. Ingrate itaq; mentis tesseram & vobis pro-
xime post DEUM consecrare volui, quam benigne aspiciatis & conatibus
n. eis saveatis, summū precibus contendo. Calidū etiam precibus DEVM
fatigaturus sum ut omnigenâ felicitate id remuneret, Academiam hanc in-
concussam & florentem conservet & vitam vestram in multorum anno-
rum decursus pereunnet.

Vobis etiam Reverendi & Eximijs Dn. MAGISTRI hanc meam dispu-
tationem offero: quid enim habeo! quid faciam? quid agam pro vestra in-
signi munificentia nisi ut grato animo hæc predicem, DEVS dirigat cona-
tus vestros & meos ad finem exoptatissimum, sui nominis GLORIAM.

M. Philippus Hartman.

IN NOMINE JESU.



Urea vox Aristotelis lib. 3. de coel.

c. 7. §. 61. *οὐ γὰρ ἴσως τῶν μὲν αἰδητῶν αἰδητῆς, τῶν δὲ αἰδιῶν αἰδιῆς, τῶν δὲ φασγῶν φασγῆς εἶσι τὰς ἀρχάς, ὅλως δὲ ἀπογενεῖς τοῖς ὑποκειμένοις.*

Oportet enim fortassis sensibilibum quidem sensibilia, sempiternorum vero sempiternam esse principia atq; omnino ejusdem generis cū ijs quæ subijciuntur. Indicat his verbis Philosophus unicuiq; rei sive sit sempiterna, sive corruptibilis certa sua esse principia & exinde deducta homogeneis suis principijs subijci debere: Cum itaq; & Theologia habeat certum principium legem divinam, Juris Prudentia autem legem humanam, Medicina Experientiam, Philosophia rectam rationem, existimamus & unamquamq; rem suo homogeneo principio subijci, & ex hoc principio didascalico demonstrari ac refutari debere: subijcitur Ergo & Metaphysica certo principio, rectæ nimirum rationi, quæ nullis auctoritatibus obligatur, & tractat ea quæ rationi homogenea sunt abstrahendo per indifferentiam à materiatis & immateriatis. / tractando ea quæ reperiuntur in materiatis & immateriatis nimirum primum scibile & principia prima. Nos de Ente breviter quædam acturi sumus.

THESES.

1. Ens ergò quando sumitur pro ijs de quibus aliquid quocunq; modo enunciari potest non huc spectat, quia non tantum reperitur in materiatis & immateriatis.

2. Si Ens tali modo describendum sit nec erit Universalissimum aliquid quod mens nostra primò concipit nam non reperitur in omnibus materiatis & immateriatis: requirunt & leges bonæ definitionis ut omnibus rebus descriptis definitio tota attribuat quod ex inductione omnium definitionum in Physicis & Metaphysicis probari possit. Nam Physicæ licet abstrahat à singularibus materiatis aliquid universale, tamen id, sive sit corpus sive materia ita describit ut omnibus materiatis tanquã rebus definitis attribui possit sic & Metaphysica omnes affectiones licet universalius his non detur, ita describit ut ejus descriptiones indifferenter materiatis & immateriatis & sic cuilibet inferiori attribui possint: quanquam possit excusari quod Eius conceptum describat ta-

men quia omnis descriptio debet, explicare rem ipsam conceptu comprehensam 2. omnibus rebus definitis attribui: dicimus universalia non describenda esse per universalitatem sive communitatem suam; secundum quam sunt Entia rationis, sed per fundamentum & convenientiam, quam habent in rebus: cur non & corpus per conceptum reliquis distinctum describitur quasi esset generale aliquod ab omnibus singularibus materiæ abstractum.

3. Si universalia ita describenda sunt, prout fundamentum habent in rebus. Ens erit id quod habet realem positivam & actualem essentiam: ea enim descriptio indifferenter potest attribui & materiæ & immateriæ.

4. Ens est quod habet realem &c. at Ens potentiale, rationis complexum &c. non habent realem essentiam Ergo nec Ens ita distinguendum est, omnes enim subdistinctiones & subdivisiones debent fundari in re distinguenda & ejus definitionem totam participare, sin secus fit æquivocas distinctiones esse patet: v. g. causa sine qua non, qua non agit per veram actionem, nec efficiens, forma accidentalis, qua non dat esse rei, nec forma: totum potestati, um qua non habet partes, nec totum erit. Ergo nominales & æquivocæ erunt distinctiones.

5. Sin æquivocæ sunt & Ens in potentia erit non Ens: nunc scimus à Metaphysicis tripliciter sumi 1. pro eo quod nondum est sed tamen esse potest adeoq; adhuc latitat in causis. 2. pro eo quod quidem est & esse suum obtinet, ordinatur tamen ad aliud & ita perfici potest: sic semen quatenus est in potentia ad arborem. 3. Pro eo quod potest mutari abesse ad non esse ut omnes Creaturæ: posteriori modo sumtum convenit cum completo, ultimo cum corruptibili & sic non æquivocè Ens dici potest: priori modo acceptum & Ens esse probatur 1. ab abstractione: Philosophi enim scientiæ tractationem instituerunt de rebus abstrahendo illas ab esse actuali & potenti scilicet non attendendo an actu jam in mundo existant an v. adhuc in potentia delitescant 2. quia habet omnem realitatem & Entitatem, quæ ipsi tribuitur, in causis.

6. Ens in potentia priori modo acceptum non esse Ens hæc evincunt, nam 1. quicquid non est illud non est Ens, Rosa in hyeme & omne Ens potentiale non est, Ergo. Aliud autem est esse, aliud esse posse: quando dico est Dives non intelligo quin futurus sit dives, potentia enim & pauperrimus esset dives, sed actum denotat.

2. Attributa Entis Enti potenti non competunt, nam esset vel creatum vel increatum: sin esset creatum, extra suas causas esset productum at non est. &c.

3. Ab

3. Ab Absurdo. Impossibile est idem esse Ens & nihil. Notus ca-
 non. Ens antequam existit nihil est. Rosa in hyeme non existit, & sic
 mundus fuisset antequam creatus esset: Ergo statuimus nullam rem
 habere in se essentiam realem antequam actu & revera ponatur in re-
 rum natura, esset enim antequam esset. Ad Objectiones Resp. 1. Ab-
 stractionem pro fundamento habere veritatem, & ita abstrahere ea quæ
 habent convenientiam in inferioribus: applicari potest & iste commu-
 nis terminus potentiali: verum non ut indicet realem entis potentialis
 essentiam sed nudam prædicati cum Subjecto convenientiam 2. ad alt.
 object. quod habeat Ens potentiale omnem realitatem in causis dici-
 mus. 1. si esset Subst. v.g. rosa in hyeme tunc necesse esset ut realitatem
 suam haberet in se & non in alio, & per se subsisteret. 2. non est quæstio
 instituta utrum Causæ habeant realitatem sed utrum illud ipsum Ens po-
 tentiale habeat realitatem, nam in vite, video quidem realitatem ma-
 teriæ, video & realitatem potentiæ ad unam producendam sed realita-
 tem & essentiam unæ in potentia, nondum video.

7. Cum ergo necesse sit Ens habere in se suam realitatem essentiæ,
 vocis saltem distinctio erit quando distinguitur in Ens privativum &
 positivum, hoc est quod ponit veram essentiam, in rerum natura: illud
 quia concretum, non per negationem describendum sed duo in se com-
 plectitur 1. Subjectum 2. ipsam privationem quæ nullam realitatem
 essentiæ agnoscit, & ita materialiter ratione Subjecti Ens dicitur ratione
 formalis cum nihil ponat est non Ens: Cum autem opposita juxta se
 posita magis elucescant agunt & de hac Metaphysici, & desiniunt priva-
 tionem propriè sic dictam absentiam boni in esse debiti, quæ vel Prima-
 ria vel Secunda: Primaria est absentia boni naturalis quod secundum
 naturam inesse debeat, ut mors, morbus, quæ vel Totalis quando & i-
 ipsa potentia tollitur. de qua notum axioma Aristotelis. *Ἀπὸ τῆς στερή-
 σεως ἐπὶ τὴν ἔξιν γίνεται μετὰ βολὴν ἀδύνατον.* Partialis quando actus
 tollitur ut somnus. Improprie sic dictæ privationes sunt ablatio deser-
 ti &c. De Privatione Physica quæ est absentia formæ intoducendæ di-
 sputant Physici.

8. Cum & Ens habeat essentiam & non essentias; nominalis distin-
 ctio erit Entis in Ens per se & per Accidens. Ens per se hic non est o-
 mne abstractum, omnis conceptus simplex, ut non nemo existimat hanc
 significationem hujus loci primariam esse: sic enim Unitas veritas
 quia abstracta sunt & conceptus simplex, essent Entia quod *ἄτομα* nam
 modi

modi non sunt Entia quia 1. neq; Substantia neq; Accidentia sunt 2. At-
tributa Entis eis non conveniunt 3. Ab absurdo sic in DEO esset com-
positio ex re & re. Ens itaq; simplex est quod per suam essentiam unum
est. Ens per Accidens hic non sumitur pro fortuito sed est quod non
habet unam essentiam sed plures non congregientes in unam essentiam
& est vel Concretum vel aggregatum : illud notat Subjectum cum Ad-
juncto suo ut; doctus : hoc est quod pluribus essentijs constat (quæ se
non habent ad modum Subjecti & Adjuncti) unam essentiam non con-
stituentibus ut Resp : cum termini Metaphysici communissimi sint
queritur quid sentiendum sit de hoc Syllogismo : Quicquid constat ex
pluribus essentijs & naturis unam essentiam non constituentibus illud
est Ens per Accidens at prius verū de Christo *Ἰεσὺς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ* Erg. &c. Resp.
Existimant nonnulli concedendam esse conclusionem & non tam re-
spiciendum esse ad novitatem phraseos quam ad novitatem dogmatis :
tutissimum autem est de tanto mysterio non ulterius loqui quam quod
scriptura præmonstrat, dicimus ergo 1. nullam exinde sequi contradi-
ctionem 2. Topicam esse probationem 3. terminos Metaphysicos
communissimos esse ut & principia prima : veram ista communitas
propriè & per se respectu scientiarum est & non nisi per Accidens pra-
cticis convenit.

9. Tandem nec Ens rationis participat descriptionem Entis. Ubi no-
 tetur Ens rationis non sumi vel. 1. pro intellectu vel. 2. pro conceptibus
 qui intellectui inhaerent. 3. pro eo, quod ab intellectu formatur ut arti-
 ficialia sed quod unicè, & solum ab intellectu dependet & non habet a-
 liquid extra intellectum quo concipi possit. Ergo dicimus sub Ente Me-
 taphysico non comprehendi, quod tantum fingitur à mente & neq; in
 mente neq; extra mentem est, licet fundamentum aliquod reale esse pos-
 sit : at hic forsan in barathrum controversiarum me conijcerem : nam
 videmus numerum numeratum neq; in mente neq; extra mentem existe-
 re & tamen referri ad secundam Quantitatis speciem & sic ad Ens : vide-
 mus & relationes inter Entia referri, licet formaliter sint extrinsecæ de-
 nominationes, concedimus quidem fundamentum aliquod reale posi-
 tivum esse at relatio non est reale positivum quod posset probari ab Aca-
 dentium natura : verum instituti mei ratio non est hæc pertractare, sed
 aliorum potius judicia percipere cupio. Dubium enim relinquitur no-
 bis utrum Relationes Quando Ubi Situs Habitus in numerum Entium
 recipi debeant : De Numero a. numerato quod non sit Ens hæc evin-
 cunt,

erunt, nam. 1. nec Universale aliquod est nec singulare: numerus enim septenarius in septem Electoribus non Universale aliquod est, quia per modum generis & speciei de nullo prædicatur, nec singulare aliquod, nam quis dicat septem Electores esse rem aliquam unitate numerica definitam. 2. est aggregatum aliquod ex pluribus unitatibus. 3. non est in uno Subjecto nunc est de necessitate Accidentis esse in uno Subjecto, nam numerus duodenarius in duodecim Apostolis neq; in Petro neq; in Jacobo &c. plures id demonstrant rationes, manet itaq; Ens esse illud quod habet realem & positivam essentiam.

10. Cum hæc descriptio materiatis & immateriatis possit attribui quaeritur an conceptus Entis æquivoce univoce aut analogice his attribuitur Resp. non æquivoce nam homonymorum nõ est eadem definitio nunc descriptio Entis & attributorum ejus potest & Deo & creaturis attribui, 2. non univoce, nam univocum, quatenus opponitur analogo, unum ab altero non dependet at Accidentia à Substantiis. Ergò analogice attribuitur secundum analogiam attributionis intrinseca quæ consistit in dependentia Effectiva ab Efficiente, quando terminus utriq; intrinsece & propriè tribuitur, sed ita ut unus ab altero dependeat & conserverur sic: Deus eminentissimo modo Ens est, Creatura quatenus ab eo dependet quod & innuit Philosophus I. 3. Metaphys. c. 4. Ipsum est inest quidem omnibus non tamen *ὁμοίως ἀλλὰ τῷ τῷ ἑαυτοῦ πρῶτως τῆς δὲ ἐπιμένως.*

11. Synonyma paucis evolvamus. 1. Essentia quæ describitur quod sit principium primum omnium operationum & proprietatum: quod si hæc conjunctim intelligantur omnibus attribui non potest v. g. quantitati: dein & operatio ipsa est essentia nequit ergo describi: hæc Essentia quatenus respectum suum habet ad Definitionem dicitur Quidditas, quæ est ipsa essentia rei definitione expressa: quatenus refertur ad operationes dicitur Natura: 4. Existencia quando sumitur pro modo essendi distinguitur ab essentia, describitur quod sit actus secundum quem res est extra suas causas, at hæc descriptio strictior est, nam Deo nequit attribui, prævalet ergo altera qua describitur actus essendi, quo Ens ponitur extra nihilum. Aliquid non est Synonymum Entis, licet interdum idem sit quod aliquod Ens vel aliqua res, ut aliquid possit esse sui ipsi causa tamen tam late potest accipi ut comprehendat sua significatione quodlibet objectum: sic recte dico Unio non est Ens nec est nihil, est tamen aliquid sic & omne id comprehendit quod voce profertur aut mente apprehenditur ut Impossibile est aliquid simul esse & non Esse ib:

ed aliquid non tantum de Entibus realibus accipitur sed & de quo loqui
aut cogitare possumus ibi & Chymarâ & Ens reale subsumere possumus.

12. Ab Essentia est essentialiter quod vel Constituens, quo aliquid essen-
tialiter constituitur, vel Consequens quod ex essentia rei fluit: à re est reale
quod opponitur *τὸ* ficto & est omne id quod revera ponitur in rerum
natura sive sit Ens propriè sic dictum sive modus Entis.

13. Oppositum Entis est Non-Ens hinc fluunt hæc Intelligibilia Im-
possibile est idem simul esse & non esse 2. quodlibet est vel non est. Prius
intelligibile agit de Contrarijs & Logice ita effertur. Non potest idem
affirmari & negari de quo & Arist. lib. 2. met. c. 2. *πᾶν ἀναρχαίον ἢ Φάναι
ἢ ἀποΦάναι, καὶ ἀδύνατον ἄρχει εἶναι* sic Impossible est omnia bona opera
salvare & non salvare, Impossible est igne esse siccissimū & non esse siccif-
simum. / hæc duæ propositiones nunquam simul consistere & veræ esse
possunt, sed necessario posita una removetur altera. Dn. Gutkuius putat
hæc oppositionem illegitimam esse propterea quod non dividat verum
à falso in omni materia, nam in contingenti materia, utraq; sic opposita-
rum enunciationum falsa esse potest, uti O hominem esse doctum & non
esse doctum. at præter id quod in hoc principio fundata sit posset & ex
hoc probari. O oppositio quæ adversarij sententiam tollit & removet,
ea est legitima atqui contraria est &c. nam opponere nihil aliud est quam
vi formæ alterius propositionem tollere.

II. Quodlibet est vel non est illud principium dicit immediationem
& immediate dividit verum à falso sive inter est secundi adjecti sive inter
est tertij adjecti.

III. Ens existit intellectu non cogitante. Non intelligitur intellectus
divinus, nam Deo non cogitante nihil existere potest sed intelligitur hu-
manus licet enim nunquam cogitem hoc vel illud Accidens in me esse,
tamen esset.

IV. Inter Ens & non Ens non datur medium. Non Ens duas famosas
habet significaciones 1. sumitur pro eo quod plane nihil est. 2. pro eo quod
non est Ens reale & positivum, secundo modo hic accipitur.

14. Affectiones sive Modi qui Ens intrinsece afficiunt & determi-
nant, hic pertractandi essent, & quæ conditiones & requisita verarum affe-
ctionum utrum. 1. ex parte rei distincti sint modi ab ipsa essentia 2. in-
trinsecus rem constituent hinc intelligibilitas non est modus 3. ex essen-
tia necessario fluant, utrum reales sunt: sed hæc concludere

libet & dicimus.


DEO SOLI GLORIAM

cunt, nam. 1. nec Universale aliquod est nec fing
 septenarius in septem Electoribus non Universale
 modum generis & speciei de nullo predicatur, n
 nam quis dicat septem Electores esse rem aliquam
 finitam. 2. est aggregatum aliquod ex pluribus uni
 no Subjecto nunc est de necessitate Accidentis esse
 numeris duodenarius in duodecim Apostolis nec
 cobo &c. plures id demonstrant rationes, manet ita
 habet realem & positivam essentiam.

10. Cum hæc descriptio materiatis & immateriat
 ritur an. conceptus Entis æquivoce univoce aut ana
 Resp. I. non æquivoce nam homonymorum nõ est
 descriptio Entis & attributorum ejus potest & Deo
 non univoce, nam univocum, quatenus oppositum
 altero non dependet at Accidentia à Substantijs. I
 buitur secundum analogiam attributionis intrinse
 pendentia Effectiva ab Efficiente, quando terminu
 propriè tribuitur, sed ita ut unus ab altero depende
 Deus eminentissimo modo Ens est, Creatura quate
 quod & innuit Philosophus I. 3. Metaphys. c. 4. Ipsi
 omnibus non tamen *ὁμοίως ἀλλὰ τῶ. τῶ ἰδῶ πρῶτ.*

II. Synonyma paucis evolvamur. 1. Essentia qua
 principium primum omnium operationum & pro
 hæc conjunctim intelligantur omnibus attribui no
 tati: dein & operatio ipsa est essentia nequit ergo de
 quateus respectum suum habet ad Definitionem
 qua est ipsa essentia rei definitione expressa: quate
 rationes dicitur Natura: 4. Existencia quando sum
 di distinguitur ab essentia, describitur quod sit actus
 est extra suas causas, at hæc descriptio strictior est,
 tribui, prævalet ergo altera qua describitur actus est
 tur extra nihilum. Aliquid non est Synonymum Ei
 idem sit quod aliquod Ens vel aliqua res, ut an aliqu
 causa tamen tam late potest accipi ut comprehendit
 quodlibet objectum: sic recte dico Unio non est E
 tamen aliquid sic & omne id comprehendit quod
 mente apprehenditur ut impossibile est aliquid sim

311010 1103 011



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 4